



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Octonarius decimus. Ioth. Manus tuæ fecerunt me, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Vt tua se^ctetur sancta statuta, Deus.
Nondum humilis factus, tanquam leuis erro va-
Nunc castigatus te colo, teq^s, sequor. (gabar,
Cūm sis mansuetus, clemens, bonus atq^s, benignus,
Me, rogo, conserua, me tua iura doce.
In me concinnant mendacia dira superbi,
Nec tamen efficiunt, quin tua pacta colam.
Pinguis dum fastu turgescunt corda malorum,
Jus docili studio discere mente tuum.
Ofactum benè, crux humilem quòd me tua fecit,
Iusticiam iuuat hinc me didicisse tuam.
Ore tuo legem, quam tu profiteris, amabo,
Quam magis, ac auri millia multa probo.

O^ctonarius decimus.

I O T H.

Manus tuæ fecerunt me, &c.

L^ege tua famulum confirma, redde peritum,
Sum quia plasma tuæ, mi pater alme, manus.
Qui te cung^s timent, gaudebunt pectore lato,
Si tua me videant fædera sancta sequi.
Nunc verè didici, quòd iudex iustus habendus
Sis, Est in arumnis me recreare velis.

Hh 3 Vni

Vnica solatur me nunc tu a gratia præsens,
O Deus, ut pacti fæderis acta sonant.
Restituat lapsi Domini clementia vitam,
Everbo ut capiam gaudia vera Dei.
Mendaces pereant, pudor occupet atq; superbos,
Dum de diuina differo lege tua.
Qui tua iussa colunt, ut se coniungere mecum,
Possint, efficias, te rogo, summe Deus.
Pectore seruabo tua si præcepta fideli,
Tum mala non poterit fama nocere mihi.

Octonarius vndecimus.

C A P H.

Defecit in salutare tuum, &c.

MEns desiderio cœlestis opis mea languet:
In verbis Domini spes mea cuncta sita est.
Respiciens oculis tua pacta, his in quo verbis:
Num promissa mihi nunc datur illa salus?
Contrahor, ut pellis, quam siccatur fumus, in arctū,
Et tamen edicti sum memor usq; tui.
Surge Deus, meritis hostes tandem obrue pœnis:
Ne sit iudicij tam mora longa tui.
Insidias reprobi tendunt mihi mente dolosa,

Qui